

in Walarichestorp cum mancipiis in eodem curte servientibus sibi in perpetuum in pago Aualgaue in villa Geistinge curtim salaricium cum casa salaricia et horreis coeterisque aedificiis et ecclesia ibidem sistencia (!) aspicienti ad curtim iam fatum, terra salaricia cum vineis, pratis etc. seu quicquid ad eundem curtim girat etc. Pars quarta ecclesiae sanctorum Cassii et Florentii, ut fiat oratio piorum fratrum iam dictorum uberius pro eis exaudita a domino. Et ut haec carta traditionis omni tempore firma et inconvulsa maneat cum stipulatione subnixa. Actum publice sub die Nonis Iulii anno IIII. regnante Karolo tertio imperatore^a sub archiepiscopo Williberto nec non praeposito Hardwico in dei nomine foeliciter. Signum Alberici atque Thritgarii nec non Riutberti, qui hanc traditionem fieri et firmari rogaverunt. Signum Reginoldi vicedompni^b. Signum Williberti archiepiscopi^c. Signum Feginolfi prepositi Gislberti etc. Haec sunt nomina mancipiorum eiusdem donationis pertinentia ad opus fratrum Ratfrid. Aluo. Reinbrath. Theida. Reinolt. Crusa. Sigilo. Athalgard. Willamar. Lisolf. Deitbirn. Reinfrid. Ikebrath. Kregila. Athalo. Wericho. Fingila. Frumocho. Rutlint. Razo. Engelo. Willo. Reinfrid. Item Rutlint. Item Engilo. Gerlint. Hildebruch. Didild. Luitdrud. Frumold. Item Rutlind. Item Engilo.

885 Juli 7. — Erzbischof Willibert 870—889.

4. Donatio Engilberti in Dudenestorp fol. 3.

Inter quas karitas illibata permanserit, pars parti beneficii, quae divina praestatur, quia nihil sibi de rebus propriis censuit minuendo, quae econtra recepit in augmentis¹. Ideoque placuit atque convenit inter archiepiscopum Willebertum fratresque Bonnenses sanctorum Cassii et Florentii et virum venerabilem Engilbertum, ut inter se commutare res suas deberent, quod ita fecerunt. Dedit Engilbertus fratribus in pago iam fato in villa Dudenestorp curtem .I. in finibus Didrad. De terris arabilibus in primo loco in Medengouenheim^d velden iurnales III in confinibus Helperici etc. Dederunt econtra fratres Bonnenses in eadem (!) pago in Bliterestorp curtem .I. in confinibus Engelberti et Meinhardi etc. — Ita consentiente episcopo predicto omnique clero cum vasallis et rogante eodem Engilberto concambiaverunt in eadem Bliterestorp iurnalem .I. et eum ex iussu episcopi Guntramus vicedomnus^e tradidit. — Simili modo tradidit ipse Guntramus de sancto Andrea in eadem villa. Actum publice sub die Nonis

a) Am Rande: 'Anno 886 (durchgestrichen): Necesse Karolo secundo, quia Willebertus a^o 890 obiit. Hic autem annus incidisset in annum 88'. b) 'vicedompnus' am Rande wiederholt. c) A. R. 'qui a^o 870 electus'. d) 'Medengouenheim' am Rande wiederholt. e) 'vicedomnus' a. R.

1) Vgl. Lacomblet, Urkundenbuch I n. 55.